

DN. ROFREDI
BENEVENTANI CAESARIS,
PONTIFICIQVE IVRIS PRO-
FESSORIS CLARISSIMI, ET PRACTICO,
RVM OMNIUM FACILE PRINCIPIS,

TRACTATVS IVDICIARII ORDINIS,
Diuisus in octo partes siue subtractatus,

Quorum PRIMVS est de Prætorijs Actionibus.

- II. De Interdictis, III. De Edictis,
III. De Actionibus Ciuilibus, V. De Officio Iudicis,
VI. De Bonorum Possessionibus, VII. De Senatusconsultis,
VIII. De Constitutionibus, quibus violentiæ puniuntur.

In quibus Positionum, Libellorumq; materia exactissimè pertractatur.

*Opus præterea Libellorum in Ius Pontificium, necnon LIII. Sabbatina
Questiones eiusdem Auctoris, recens addita.*

Omnia à mendis quibus scatebant innumeris, diligentissimè recognita.

*Accesserunt Summaria, Indicesq; tam Rubricarum, quam Rerum
Sententiarumque locupletissimi.*



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud Ioannem Gymnicum, sub Monocerote.
Anno M. D. LXXXI.
Cum Priuilegio Cæsareæ Maiestatis ad sexennium.

TRACTATUS AVREVS

ORDINIS IVDICIARII DN. ROFREDI BENE-

VENTANI, TVM IVRIS CAESAREI, CVM PONTIFICII

PROFESSORIS EMINENTISSIMI, AC TOTIVS PRACTICES

PARTIS PRINCIPIS.

1. *Natura multo cunctatibus de nouo vitior.*

2. *Mulbi causam qui noui iudicij minime curare potest.*

PROOEMIUM.



Si considerare ingenium & scientiam meae propitij facultatum, non essem auis tam grande & arduum opus assumere: cum sim multum insufficientis & vir simplex, & labijs circumcisus: sed illius misericordia et protectione confusus, qui linguas infantium facit esse disertas: qui dat

cunctis aduentum animi, & non improperat: qui aër, cum steteritis ante Reges & Praesides nolite cogitare quid loquamini: non enim estis vos, qui loquimini: sed Spiritus sanctus qui loquitur in vobis. Ipse os meum tetigit forcipem, quam tulerat deus: ut per me tanquam per organum libellorum materia pateretur: & qualis sit ordo solitus, qui in iudicijs frequentatur: & sic non nouam aggredior, cum à multis periculosis res ista sit hactenus agitata: quorum non sum dignus corrigiam calceamenti soluere. Verum quia natura quotidie multis nouitatibus vitur: & de nouo noua quotidie procreantur, ut in auct. de consangu. & vtr. fra. in princ. col. 6. Ideo quae defunt supplebo, repetendo aliqua de predictis: nam dixit egregie nouum: si callida verbum reddiderit in iudicia nouum. Nec dicat aliquis, tractare non expedit quod à sapientibus iam multis est tractatum. Sed si varietatem causarum conijciunt, non facile ad culpam venient: si varietatem rerum examineur, & ea quae ex inopinato emergunt non esse ab alijs pertractata, praesens opusculum non culpabunt, ut in auct. vt defun. seu fun. col. 5. in prin. & scriptum est alibi. Omne artificium per exercitium suscipit incrementum: cum vel omnes ad huc addiscere possint, vt ff. de lega. 3. l. legatis seruis 5. onatricibus. & si pedem alterum in sepulchro tenerent: nam addiscere vellent, si possem. ff. de fideicom. libert. Lapud Iulianum. Verum quia credidi quandam summam à quodam perito de libellis compositam sufficientem esse ad hoc, vt sciret quis libellum concipere super actionibus proponendis: quam summam insufficientem repuro: nam aut est ita peccius quis in legibus, quod scit sibi specialem actionem competere: & tunc de facili sciet formare libellum: aut ignorat sibi actionem competere: & tunc per illud opus non potest instrui qualiter sit concipiendus libellus, cum actionem ignoret. Qui enim causam morbi ignorat, quomodo curandam non intelligenti nulla est curatio morbi: nec etiam libelli difficiles de facto quotidie emergentes sunt in predicto opere pertractatis: quia quodam modo est difficile vt sciant libellos difficiles bene componere, & ordinem iudicij pertractare, etiam si alia sint boni in legibus, nisi in causarum exercitio conuersentur. Ideo ego Rosfredus Beneuentanus iuriscivili professor ad preces & instantiam sociorum meorum nobilium de partibus Tusciae, cum essem in ciuitate christifidela nobili Aretina, ausus sum opus de libellis & ordine iudiciorum componere: non con-

dens de meritis nec de scientia: sed de sola gratia creatoris: cuius nomen omnipotentis inuoco: vt donec principium: quia ipse est principium: concedat et mediant & per eum praesens opusculum sine laudabili coeludatur. Praesentem ergo praesens opus incipere ex commentarijs antiquorum, & praecipue D. Ioan. & D. Pilei suppleto illa quae ipsi in eorum libellis disputatorijs reliquerunt. Cesset ergo honor, & inuidia repellatur: poterit enim in hoc opere indoctus aëta iudicia ductorum intueri: sine errans & dubitans circa conceptionem libelli, poterit pleocius edoceri qualiter sit concipiendus libellus, & quae actio competat. Sciet etiam cetera iudicij pertractare.

Incipit materia omnium Rubricarum vsque ad libellos qui lient super quibuslibet actionibus.

Tractaturus ergo de libellis & ordine iudicario. Et quia libelli dantur in iudicij coram iudice vel arbitro. Ideo in primis videbimus de currie, quid sit iudicium. Qui possint esse iudices ordinarij vel delegati. Quae causa possint delegari. Vtrum recusetur ordinarius. Vtrum recusetur delegatus. Vtrum causa suspicionis sit inferenda. Qualiter concipiatur libellus super recusatione vtriusque. De aduocatis. De personis litigantium: & qui pro se possint agere, & qui non. Qui pro alijs possint agere, & qui non: & in quibus causis. Qualiter iudicium de his iudicetur ratione feriarum & ratione feri. Qualiter incipitur iudicium, & de summa libellarum. Quid sit libellus. Quot modis concipiatur libellus, in quo loco offeratur. Apud quos offerri debeat. A quo offeratur & cui. In quibus causis offeratur libellus. Quae debeat continere libellus. De actione edenda. De causa agenda. De rebus peccatis vtriusque debeant in libello comprehendere. De actione vniuersali. De actione generali. Et de actione speciali. Verum libellus possit morari. Vtrum possit emendari. De effectu libelli oblati. Qualiter libellus sit concipiendus super qualibet actione. Ista rubricae quae sequuntur non sunt in principio, sed erunt in fine. Et qualiter iudicium postea terminetur. Et sic videbimus qualiter agat actor, & reus qualiter se defendat. Et qualiter iudex debeat iudicare. Et qualiter appelletur: & quando non appelletur. Et qualiter sententia sit executioni mandanda.

Quid sit iudicium.

1. *Actor & reus sibi contentant: testes autem nequaquam.*

Iudicium est actus trium personarum, scilicet, Actoris, Rei, & Iudicis: tunc enim testes vt necessarii aliquando producantur, & etiam instrumenta, vt ff. de testibus, l. 1. & C. de dilac. l. 1. tamen quia iudicis sine testibus multotiens explicatur: ideo infrae predicta diffinitio. Quidam tamen diffiniunt, iudicium esse actum trium personarum sub iudice conflictum: & sic concluditur persona Actoris mei & testis. Sed horum diffinitio non placet: si solus enim actor & reus contentantur: testes enim non contentant. Vnde melius potest ita diffinitio, iudicium est legitimus actus trium per-

